

TRACTATUS
DE COELO TER-
RESTRI,
VENCESLAI LAVINII
Moravi.



Nus est spiritus corporeus à Natura primò crea-
tus, communis, occultus, vitæ pretiosum: conser-
vans pura & bona, impura & mala destruens. Is est
finis & initium omnis creaturæ, triplex in sub-
stantia, ex sale, sulphure, & Mercurio, sive aqua
pura, qui coagulat, unit & congregat, irrigatque hæc inferiora
loca omnia per siccum unctuosum & humidum, ex loco
superiori (Hoc est habile & aptum ad recipiendum quamli-
bet formam & figuram) Sola ars mediante natura oculis
nostris visibilem reddit: in ventre suo celat & occultat infini-
tam vim & virtutem: refertum est & plenum facultatibus &
proprietatibus cæli & terræ. Est Hermaphroditicum, & in-
crementum dat: cum omnibus rebus indifferenter se misceat
quia in se reclusum habet omnia germina globi ætherei. Ple-
num enim est igne alacri & potenti, & descendens de coelo
influit & imprimit vim suam super corpora terræ, & venter il-
lius porosus plenus ardore est Pater omnium rerum. Tunc
venter iste impletur alio igne vaporoso, & continuè alimen-
tum recipit de humore radicali, qui in amplo illo corpore
corpus assumit aquæ mineralis, & id concoctione ignis su-
calidi. Hæc aqua coagulabilis, generans omnia, fit terra pu-
ra, quæ se inclusam tenet firma unione virtutum supremo-
rum cælorum. Quia igitur ipsa conjuncta est in ipsa terra
cum cælo, hoc nomine pulchro illam voco COELUM TER-
RESTRE.

Vt primò ad ornamentum massæ indigestæ. Natura pri-
ma usa fuit separatione, sic Ars perfectionem diligens, imita-
ri debet Naturam. Natura excrementum substantiale tollit
aut per limum terrestrem in aquam, aut per adustionem: Au-
ditur elotione & digestionem sive per aquam, sive per ignem
& separat infectionem & impuritatem, purificans animam
puram